

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Capvt Primvm. Orationis assiduitas docetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

*Psal. 118.**v. 131.**Clem. Alex.**l. 7. Strom.*

optimè dixit: Os meum aperui, & atraxi spiritum. Ad A rem Clemens Alexandrinus: Plus, inquit, paratus esse debet homo petere, etiam si non imperat, quām imperare non petendo; adeò optimum bonum est ipsa petitio. Hoc ipsum certè Dei donum est os aperire, spiritum attrahere, cor

A & pulmones restringere: Sic orare tantum, est inter humanas miseras siccaviter respire. Quod tam egregiè quām clare Ambrosius exprimens: Petatio, inquit, Deo facta, magnus est fructus, & qui petit à Deo, dum petit, accipit; 84. ad Did ipsum namque petere est accipere. metrum.

# RHETORICA CÆLESTIIS. LIBER SECUNDVS.

## CAPVT I.

Orationis assiduitas docetur.

*Chrys. 10. 2.  
hom. 17. de  
muliere  
Chanancæ  
mibi pag.  
1039.*



VREVS Orator Chrysostomus, ut orationem assiduitatem altius infigeret animo & tufquani non orandum doceret: Non queritur locus, inquit, sed deus deus mentis. Hieremias in lacu cani densius erat, fideliter orans Deum promeruit. Daniel in lacum leonum missus ad se Dei misericordiam inclinavit. Tres pueri in camino ardenti erant, & Deo placuerunt. Latre in cruce erat, & exauditus est, fideliter postulando. Crux ei nihil obsuit, sed confessio fidei paradisum aperuit. Iob in sterquilino erat, & per patientiam suam Deum propitiabatur. Quid si in iudicio assistis, ora. Et cum irascitur rex, ora. Quid si in balneis es, ora: ubique fueris, ora. Vbique Deus praesens est, semper in proximo est; non clauditur loco, invocantis dicit. Adsum, Quid si hominem rogare volueris, interrogas, quid facit? Et dicatur tibi: prandet, cenat, dormit, cum amicis agit, non vacat: aut certè minister responderet tibi non dignatur. Ad Deum autem nihil horum opus est, sed ubique fueris, aut invocaveris, audit te.

*Bern. l. 2. de  
animâ c. 6.  
mibi pag.  
1036.*

Hæc Bernardus confirmans: Vbicunque fueris, inquit, intra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio, noli querere locum, quoniam tu ipse locus es. Si fueris in lecto, aut in alio loco, ora: & ibi est templum. Igitur quicunque loco confisi, cogitationes tuas facta in Deum, & aliquid salutare in animo tuo versa. Omnis siquidem locus ad meditandum congruus est. Addit quod auro & gemmis scribendum. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc te computes perdiisse.

*Luc. 6. 18.  
vers. 1.*

Vult Deus à cogitationibus nostris nunquam excludi, vult iis assiduè interesse. Ed spectat præceptum illud: Quoniam oportet semper orare. Quā de re jam explicatiū agendum.

Quæ filiorum Dei nota.

D Eum assiduè cogitare, vera filiorum Dei nota est. Aquilæ, quod mireris, pullos suos orare docent. Nam eos unguibus ad solem suspendunt, veluti monstrarent, quem venerari deberent. Quod si fixis immotisque oculis solares radios admittunt, in nido servant, & alunt: si autem lumine tremulo velut oratione minus attentâ palpitant, ejiciunt nido, tanquam non suos: perinde si Aquila parentes dicat: Mei non degenerant, sed acie immotâ solem adorant. Hinc prisci, cum istud Aquilarum examen pingerent, adscribere solebant hæc verba. Sic credo. Quasi mater pullo dicat: Video quidem rostrum & pennas, unges & colorem meo non dissimilem, sed tamen iam primum credo te Aquilæ filium esse, cum acie fixâ salutas solem. Hand aliter & nos, DEI filios illi illos judi-

B camus, qui oculos pœnè immotos in æternum solem defigunt, qui Deum assiduè cogitare. Amans in re amatâ oculos tantò fixius collocat, quantò plerumque amat. Nil certius: quod Deum plus amamus, hoc Deum læpius cogitamus. Vbi thesaurus est, ibi & cor est. Vis scire, quid ames? Attendite tantum, quid frequenter cogites. Nota filiorum Dei est, Deum assiduè cogitare.

Hoc autem beneficiorum memoria postulat. Deus non omnibus tantum horis, sed singulis horis punctis in nos beneficus est, nos saltē semel benefactorem hunc cogitemus quavis hora, quæ compluris punctorum trillia comprehendit. Verissime dixit Bernardus:

† Sicut nullum est momentum, quo homo non uitatur, vel frater

† Bern. de  
supra la-  
tudine di-  
visorum in  
horam di-  
visorum in  
1080. mi-  
nuta.

† Bern. de  
supra la-  
tudine di-  
visorum in  
horam di-  
visorum in  
1080. mi-  
nuta.

† Bern. de  
supra la-  
tudine di-  
visorum in  
horam di-  
visorum in  
1080. mi-  
nuta.

De Aquila in altrigem suam longè gratissimam hæc memorat naturæ encomiast.

In urbe Thraciae Seto eximia fuit virgo, non avrum tantum & auri, sed formæ simulacrum pudicitiae dives. Hæc forte prædam sequebatur per nemora venatrix, cursu feras avitans & arcu. His studiis incensa in montis præalti vertice geminas inventit Aquilas, sed tiamnum implumes, & multâ siti languidas. Ex his alteram, quæ præstantiorum spondebat indolem, è nido subduxit, & in pedes se conjectit, hanc avem filiolæ instar educatura. Iamque ales regia ad dominæ nutus ad eo affuerunt, ut captam subiuste prædam ex ungibus dimitteret, & ad virginis manu blanda revolaret. At matrrix virgo cum aliæ suâ veluti verba miscens, & attacitu mulcens, quādque diu colluserat.

Sed tandem morbus suam aliti altricem eripuit. Febris coepit virgo, & affigi lecto. Omnes oris elegantiæ vis morbi abstulit. Hic Aquila industria increbili velut famula lecto assidere, & tantum non poscere quid völlet, quid imperaret. Subinde lecto exiens in ventum evolavit, seu forte perdit, seu turdu, seu cothurnix, seu palumbus occurseret. Quidquid venatu affectu est ad doninæ lectulum apporavit, & prædam unguibus tenens monstavit, tanquam si quæreret, num placet quod attulisset? Ita convictus sui pretium & impensam fidelissime repedit. Interē febris humorem omnem virgineis venis emulserat, jāmque mors vicina & avi & altrici diem supremam indixerat. Hinc avis pœnè magis agrota, non jam amplius evolare, domi latere, & modò grabato incubare, modò gremio sedere, nunc dominæ caput circumvolare, nunc labris oscula propinare, nunc alto silentio mœroris non obscura signa edere, nunc questus ferali murmur ingeminare, & mœrentibus amicis augere luctum, jam etiam cibum rejicere, & somnum spernere. Ut verò ales misera suam altricem jam mortuam vidit, vitam pariter exosa peccus rostro fodere, & vulneri unguies imprimere; perinde si mortis moras increparet. Cum verò funus prodiret do-

me

mo, Aquila quamvis vulnerata fereretur altricis fidelissimo comitatu secuta est. Vix autem cadaver in rogo ardere coepera, mox ales regia in medias se flammas præcipavit. Nitebatur quidem sacerdos fustem objicere, & avem generosissimam apellere, sed frustra. Nam ultrò vi omni neglecta, eodem altricis ac dominæ rogo, avis gratissima conflagrare voluit.

§. II.

**P**AUSEMUS HIC NONNIHIL Lector, & si quid à priore libro tædii conceptum est, hilari metro discutiamus. Quod de reginâ volucrum diximus prosa, id etiam vorsâ cantemus.

Salustius  
lata, dia 5.

Littore Threicio, rapidis que barbara tellus  
Fluctibus alluitur, quis nomen & ossa reliquit  
Occumbens tua Phryxe soror, nec dista longe;  
Vnde suo liquidas nudo mons raro Leandro  
Duri parat Hero vias, turri sublimis ab alta  
Funereum accedit Cyprio pro lumine tadam;  
Divites a dom, divites formai, divites & aurai  
Virgo fuit, nulli laudum cessura traarum  
Hero, sed in acto longe viatura pudore.  
Namque cupidines in vito corde saggitas  
Arcebat, nullis Veneris penetrabilis armis.  
Fortè sequebatur nemorosa per avia pre dam  
Venatrix, cursisque seras agitabat, & arcus;  
Cum super aërii saxo culmine montis,  
Vnde gravis longe spectantibus imminent horror,  
In nido geminas Aquilas implumibus alis  
Repperit aduerso tentantes lumina Phœbo;  
Horrebant teneris cervix & brachia pinnis,  
Avebant fauces jam dudum, & hiantia pre dam  
Guttura poscebant, mater dum pabula ferret,  
Aut sanient, aut laceri fibras & membra columbi;  
Ex his prestantis que visa est indolis unam  
Accepti gremio, juga max & saxa reliquit  
Virgo metu, celeres pedibus timor addidit alas.  
Non aliter magnum qui clam pastore juvencum  
Occidit lupus, ac pavitans, humiliisque sequentes  
Auscultat post terga canes, & consulti auræ.  
Iamque adeo ad nutus afficerat ales heriles,  
Ut pre dam interdum pedibus dimitteret uncis,  
Ambré que manum domina revocantis, at illa  
Blanditas & verba resert, mollique remulcens  
Attaciu, colludit azi que charior una  
Est oculus, est una genis, est una capillis.  
Hec leuis quam vanâ fides, quibus aspera fati  
Va luctus pariter clavo confixit abeno!  
Ecce datura duas uno de vulnere mortes  
Virginis egregios febris depascitur artus,  
Et carpit nitidam formâ populat honorem;  
Punicum decus oris abit, nativoque languent  
Lilia, vernantia frontis flos decolor aet:  
Vnus utrique modus, geminoque rumentibus est  
Horrescunt tremula circum praecordia fibrae,  
Ac sic parca amba nessest de flamine vitæ;  
Sepe seram contra tabem luctata volucris  
Exilie thalamo, domina miserata dolores,  
Et pre dam tenero quo fors placitura palato  
Per celum venatur agens, seu foris cothurnis  
Occurrat, seu tundus edax, aut cereaperidix.  
Apparet quodcumque datum est, alimenta rependens  
Altrici, dederat quo pabula vesca priusquam  
Eniti, & vacuo poset se credere celo,  
Pre datrixque sequi valles, & montibus altis.  
Attonitas avium turmas agitare volando.  
Iamque adeo hunorem venis emulserat omnem  
Febris, & egelidis viduaverat ova medullas;  
Et jam virginæ sera mors in corpore regnans  
Indicebat avi supreme satæ diei.  
Iam lepus impavidos Sestii prope mania cursus

**A** Exercet, jam falco rapax impunè propinquat  
Turribus, accipiterque metu securus ab omni  
Errat, nec notos Aquila reniniscitur ungues:  
Nam deset latet illa domi, domine que grabato  
Incubat, & lenta moriendo protractat horas.  
An anime post sata sua supereffet, & auras  
Duceret ereta crinali funere vita?  
Nunc corpus domini plausis circumvolat alis,  
Nunc sedet in gremio, labris nunc oscula fugit  
Dulcia, nunc tristes ferali murmurare quiescit  
Integrit, & lucrum marentibus auger amicis.  
Errabat virgo Stygiis jam frigida ripis,  
Iamque ter Herculeas superatas Phœbe columnas,  
Cum lacrymis humecta, cibos blandumque soporent  
Spernit avis, tantum juvat indulgere dolori  
Querentem miseris porrigendo abrumptare curas.  
Ut vero agnoscat nimium sua sata morari,  
**B** Irarum fluctus subito suriat a dolore  
Præcipitat, petulante fero sodit impia rostro,  
Atque iterans duros palmoribus imprimunt ungues,  
Increpitans seram tam crebro è vulnere mortem.  
Interea ante fores ingens in vestibus attis  
Agmen adeps, manibus tadas, luctumque subimo  
Corde ferens, largoque humectans flamine vultum:  
Supponit bumeros oneri, subeuntque volentes  
Exuvias animi superum jam tempora tenentis:  
Fit clamor, longisque tremunt ululatibus aure,  
Imposuere topo corpus, quod pone sequitur est  
Ales membra trahens rubro stillantia tabo, ut  
Vna eadémque duo col. neftes funera pompa.  
Vix bene virginum corpus libaverat igni  
Mulciber, & piceum glomerarat in æra sumum,  
Cum subito ruit in medium, sesquaque cruentam  
Injecit moritura pyre, letumque petivit:  
Quamvis obiecto nequidquam fuisse sacerdos  
Pelleret, ast ultro grato se miscuit igni,  
Inque sinu domine cantum meditata quievit.  
Falices anima vestro sine fine sepulcro  
Manna suau, calumque iroret hymettia mella;  
Vos lauri virides, vos myrræ protegat umbra:  
Eternum durate, meis durate canoris.

§. III.

**H** IC ALITIS IN ALTRICEM SUAM TAM GRATUS FUIT AMI-  
MUS. MIRABILIS DEUS IN SANCTIS suis, sed non mi-  
nius mirabilis in voluntibus suis. Quid agimus, morta-  
les, si beneficiorum divinorum minus memores, mi-  
nius grati ceteris animantibus sumus? Non est mo-  
mentum, quo nobis non beneficat Deus, non fit ig-  
noscendum, quo nos non sumus memores Dei. Il-  
lud Bernardi assidue inculcandum: *Omnis tempus, quo loco citatio  
de Deo non cogitis, hoc te computes perdidisse.*

Vt autem tantò frequentius & magis assidue Deum  
cogitemus, sciamus nil Deo jucundi esse (sic lo-  
quar) quam suum cum humano corde permutare.  
Hanc facere argentariam solet Deus; quandocumque  
aptum huic rei hominem habet. Ideo ipse veluti ditu-  
sum trapezita & argentarius: *Prebe, inquit, fili mi, cor Pro. c. 23.  
tuum mibi.* Cui filius forsan dixerit: *Mi amantisime q. 26.*  
Pater, sine corde non possum vivere. Et nosti quam  
serio præcepesis, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto Matt. c. 22.  
corde tuo, & ex tota anima tua.* Qui hoc faciam, si cor v. 37.  
non habeam? *Urget nihilominus divinus Pater: Pre-  
be, fili mi, cor tuum mibi.* Et ne corde careas, permute-  
mus; ego tuum, tu meum accipe.

Revera Deus nobiscum sic agit humanissime. In-  
serat olim, quod Daniel testatur, in Rege Nabucho-  
donosore sic corda mutari: *Cor ejus ab humano commu-*  
*natur, & cor fera detur ei.* Hoc ipsum in Saulo factum te-  
statur facti regii: *Immutavit ei Deus cor aliud.*  
*Haec autem divini & humani cordis permutatio,* v. 9.  
*tunc*

Dan. c. 4.

v. 13.

1. Reg. c. 10.

tunc reverâ legitimè sit, cùm homo suam omnem memoriam sic affigit Deo, ut pñè jugiter Deum cogitat. Ita homini cor aliud inscritus, cor vanum auferatur. Dixerat platus: *Cor eorum vanum est.* Hoc vano corde ablato, divinum substituitur.

*Historiam  
hanc ubi-  
rida nar-  
ravit in Tri-  
mogio C. 3.  
c. 9. f. 3.*

Carolus IV. Imperator Moguntiæ cum Gerlaco Archiepiscopo egit præsentibus Canonicis compluribus. Fuit ex hogum numero, qui pretiosiora, quæ par erat, pileo est usus. Id Imperator observans, & hominem suavi ore comitetur accendens: Elegantem, inquit, habes pileum; mutemus. Et simul dum suum porrigit, alienum capiti suo imposit. Ita Deus, cuius delicias sunt cum hominibus esse: O homo, inquit, mutemus corda; tu vanum habes & mundanum, ego tibi meum dabo, & divinum.

Ille Aquilarum pullus, Plutarchus teste, qui in nido ad latus materni cordis collocatur, robustissimus evadit, & genuam Aquilarum indolem ostendit: Homo, qui Deum semper cogitat, divino cordi proximus, in adversa omnia fortissimus cœnsurgit. Immurat ei Deus cor aliud.

## §. IV.

*Plin. 1.10.  
Nat. hist. c.  
3 fine.*

**N**otum est illud Plinii: Aquilarum pennæ mistas reliquarum alitū pennas devorant. Cogitationes nostra pennis avium rectè conferuntur. Et quia minime unius generis sunt, rectè dixeris aquilarum, vulturum, cygnorum, columbarum, passerum, psittacorum pennas misceri. Siquidem modò bonæ, modò mala, modò pessimæ sunt cogitationes nostræ; hinc nobis plurimum negotii faciuntur. Quisquis cogitationibus suis vult moderari, hoc unum, quæ potest, maximâ diligentia speget, ut de die quam sepiissime Deum cogitet. Hę cogitationes, Aquilinae pennæ sunt, que alitum aliarum pennas devorant. Sunt cogitationes superbae, sunt iuvidae & avara, sunt sordidae & impurae pennas dixeris anseras. Sed misce illas aquilinis, & ab iis devorabuntur. In seipso id quis experitur, quod quo sepius Deum cogitat, hoc cautor, hoc & sanctior, & etiam ausum dicere, in actionibus omnibus sit felicior. Rectissime dixit Hieronymus: *Vna cogitatio felix est, cogitatio de Domino, Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Vaniissimæ sunt:

*Hier. in Ps.  
93. v. 11.  
Eze. Psal.  
versu.*

Et videte ingentem carum vanitatem. Parientes filium summa cura educant. Ad scholas puer deducuntur; discit formare litteras; paullatim altiora combibit, & proficit inter coœvos; simul & musica dat studium, organis ludere, chelyn & testudinem tractare, fidibus & alsā voce canere perdiscit; ita mulis maius superioribus cognoscendis annos aliquot infundit: jānque è patria in Academias mittitur, ad Philosophiam se applicat, deinde ju civile cognoscit, Bartolū & Baldum tractat. Ab his studiis in exteris terras alio sole calentes ambedatur, in Gallias, Italiam, Hispanias proficiscitur, hic diversorum idiomatum disciplinam accipit; hic saltare, equitare, palæstricis vacare inter studia habet; hic homines sunt. Maxima quæque sperantur, vir evadet maximus, apertissimus ad omnia. Parentes longissimam cogitationum serie disponunt, quod filio munus, quæ sponsam deligere, quæ ratione nuptias, quæ tot alia placet instituere. Ita demum filius in patriam reddit, cultu & moribus peregrinus, studiorum præbet specimen, magnam sui spem concitat, seris negotiis sensim admovetur. Sed cùm grande cogitationum suarum volumen jam pñè absolverint parentes, unicā subrepit febricula, & tot vanissimas parentum cogitationes, unāque filium tollit, conditque tumulo. Verè scit Dominus cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Vnaigitur cogitatio felix est, cogitare de Domino.

Pingebant prisci Aquilam cum diplade, quæ volu-

A cris peccatis admorderet. Picturæ inscriptionem apponabant hanc: SEMPER ARDENTIVS. Hominem designat haec icon, qui quæ frequenter DEVM cogitat, tanto frequenter cogitare, tanto & ardenter amare desiderat, quod enim diutius divinam pulchritudinem ac bonitatem aspicit, eo plus diligit. Hoc ponit ob oculos illud genus serpentum Dipas, quæ hominem ita pungit, ut quod plus bibit, plus sitiat, Semper ardentivs. Hic idem fit. Aeternæ Sapientie promissum est: *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc si- Ecli. 1.14.  
ver. 29.* Crebris de Deo suceptis cogitationibus id asse- quimur, ut Deum pñè assiduè cogitemus, & quod initio non adeò erat facile, usi non facile tantum, sed & suave fiat. Quocirca imitetur Aquilas, & ad preceptum Domini, in ardore ponamus nudum nostrum. Sic infra nos erunt omnes tempestatum furia: mugiat, tor- ver. 30.  
net, fulgeat, inq. & ruat celum, violent faxa, precipi- tent fulmina, inter tota ruinæ stabimur, modò animus per assiduas de Deo cogitationes Dei hospitium fiat. Illud Bernardi vel centies, vel millies repetendum in gemino: *Omnis tempus, quo de Deo non cogitas, te computes perdidisse.*

## CAPUT II.

## Quâ ratione semper &amp; assidue orandum.

**H**uic Principis Iobi pronunciatum est: *Homo lob. 2. 5.  
nascitur ad laborem, ait ad volentum. Cùm autem v. 7.  
longè diversissimi sint labores, in percontando ponuntur, quinam sunt difficulter? Theologorum non nemo ad rogatum respondet, quatuor videri difficultimos sunt labores omnium labores. Laborantis in partu, Docentis in ludo, Imperantis in bello, Precantis in templo. De labore primo in divinis voluminibus crebra mentio. Cùm Rabaces Assyrius optimum Regem Ezechiam in angustias adduxisset, Rex Isaiæ nuntiari iussit: *Venerunt filii usque ad partum, & vires non habet parturientis.* Labor & dolor parturientium maximus.*

De altero loquuntur scholæ. Quantu laboris censem aut ducentos discipulos cùm in officio contingere, tum liberalibus disciplinis imbure. Multi discipuli, multæ curæ: hic garrit, iste dormit, ille pingit, hic circumspicit, pars magna dicunt, non attendit. E tanto numero subinde vix viceni dicta capiunt, ceteri fungi, sed insolentes & yagi sunt. Grandis labor tam vagis aut stupidis scientias instillare.

Tertium imperantis in bello labore esse difficulter, 3. Labor  
limum nemo ambigit. Hic sana intelligentia, capax impenitentia, memoria, multa experientia, & ante omnia ingens in bello, animus, sed & corporis vires requiruntur. Subinde consilia magno firmanda sunt. Nonnunquam voluntarium potius quam equitandum. Imperatorum inter tympana & tubas agere, vehemens labor.

De labore quartio precantis in templo. Celsidorus 4. Labor  
testis, *Ipsius, inquit, est perfecta oratio, cuius & causa clamat, & lingua & altus, & vita, & sermo, & cogitatio. Hęc omnia conjungere, difficultissimum. Ideo Abbas Agathon interrogatus, quis omnium optimus similis & gravissimus videretur labor, dixit: *Recte orare. Homo nascitur ad laborem.* Hic quartus precandi labor nos omnes citat, præsertim cùm Christus dixerit: *Quoniam oportet semper orare, & non desistere.* Ioannes Mal- Luct. 6. 11.  
donatus afferit multos & graves autores magno studio quæfuisse, quâ ratione Dominicum hoc dictum preciosum in templo Celsidori. Explicaciones sibi  
interpretandum. Quando igitur nostrum omnium interest illam Domini cohortationem non verbis solùm explicare, sed & monstrare factis, complectere ejus explicationes in medium dabimus.*

## §. I. Pri-